

nus, quae Samuel constanter inculcaverat, quae post continuam prophetarum seriem, difficillimis temporibus, novissimi Isaías et Ieremias apud reges propagauerunt, queaque haec una formula consignantur: Dominus salvator Israel. Ipse, primogenitus regis, divinum transferendi a domo Saul regni decretum aequo et generoso suscepit animo; Davidem, quanto magis in eo coelestia charismata et divina praecordatio elucerent, tanto sincerius adamavit et fovit. Ipsé prae ceteris utique suggestit consilium sororis Davidi nuptui dandae, velut plenissimam viam qua, domo Saul quam minime obscurata, imperium in virum a Deo designatum transferretur.

Sequentibus verbis *Et Saul capessivit regnum super Israel* (*Hebr.*) incipit universalis quidam conspectus regni Saul, tam prius narrata quam sequentia complectens. Ergo non est vertendum cum *Then.*: « hic est modus, quo Saul regnum nactus est »; neque cum *Keil*: « Et Saul capessiverat regnum »; neque cum *Clair*: Nunc tandem de facto evasit rex, cum iure iam ante fuisse. v. 47 « *Et Saul, confirmato regno super Israel, pugnabit per circuitum adversorum omnes inimicos eius* », i. e. Israëlis, « contra Moab, et filios Ammon, et Edom, et reges Soba, et Philisthaeos; et quocunque se verterat, supererabat ». Ita recte *Vulg.* veritatem reum constituebat, ergo vincet; *LXX* γεννητον salvabatur. v. 48 « *Congregatoque exercitu, percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum eius* ». *Hebr.* Compárovit robur, omnis generis adminicula comparavit, imprimis utique exercitum; habebat enim iam permanenter aliquas secundum copias (cf. 13, 2; 24, 3 etc.), certe armorum defectum (13, 19) ample supplevit. Largiore illum expressionis sensum habes *Num.* 24, 18 « *Israel autem faciet robur* » (*Hebr.*). Bellum contra Amalec omnino idem est, quod cap. 45 narratur. De Soba cf. 2 *Reg.* 8, 3; verisimiliter rex Soba tum principatum totius Syriae, etiam Damasci, obtinebat: nam Saulem prope Euphraten processisse, credibile vix est, cum ali hostes enumeratis omnes proxime circum terram sanctam habitarent, et propter Philisthaeos longinquæ expeditio suscipi vix posset. v. 49 « *Fuerunt autem filii Saul Ionathas, et Iessui, et Melchisua* ». Recensit omnes Saulis expeditionibus, iam enumerantur ii omnes, qui aulae eius aut munimento fuere aut ornamento: filii, filiae, uxori, dux militiae.

Inter filios primus ubique recensetur Ionathas, qui, quod etiam dignitate proxime ad patrem accesserit (13, 2), utique natu maximus erat. Reliquorum nomina h. l. sunt Iessui et Melchisua, *Syra* suppletive *Eschboschul*, 31, 2 narrantur occidisse in monte Gelioe Abinadab et Melchisua, sed prioris loco *Syr.* scribit Iessui; superstes remansit 2 *Reg.* 2, 8 Isboseth (*Syr.* *Eschboschul*). 1 *Par.* 33, 9, 39 recensentur Melchisua, Abinadab (*Syr.* Iessui), Esbaal (*Syr.* *Eschboschul*). 1 *Reg.* 31, 6 occidisse dicuntur nonnisi tres filii Saul: ergo idem est Abinadab, qui Iessui, licet nominum nexum non perspicimus. Esbaal vero, seu corrupte *Eschboschul*, idem est, atque Isboseth, voce נִזְבֵּן ignominia, uti alias (cf. *Os.* 9, 10; 1 *Par.* 3, 34; 9, 40), in locum

vocis יִשְׁבֶּת, quae simul nomen idolii erat, subintrante. Isboseth vero h. l. in textu recepto ignoratur, sive quod eius nomen incuria amannescum excederit, sive quod initio regni Saul minor actate atque armis gestandis impar, sive quod nondum natus fuerit.

« *Et nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitae Merob, et nomen minoris Michol* », v. 50 « *Et nomen uxoris Saul Achinoam, filia Achimaicus* ». Sensus obvius est, hanc fuisse matrem liberorum recensitorum, et unicam eo tempore Saulis uxorem. Non tam uxorius erat Saul, quam David. Ceterum inde etiam eluet, Saulem, iam provectionem aetate et frigidorem, regno esse potius; animus illi erat ad ambitionem prionior, quam ad luxuriam; inquietus, suspiciosus, invidus, irascibilis, qui aliorum consortium aversaretur potius, quam requireret; forte Isboseth ex alia uxore, quae regina non esset, natus est. « *Et nomen principis militiae eius Abner, filius Ner, patruelis Saul* ». Cf. 9, 1. Saul summam rei militaris cognito commisit, uti etiam David Iobao, quo arcuus sibi exercitus devinciretur; ceterum nucleus, uti ita dicam, exercitus certe Beniaminitis, et imprimis cognatis regis constabat. v. 51 ostendit, quomodo Ner fuerit patruelis Saul: « *Porro Cis, fuit pater Saul, et Ner pater Abner, filius Abiel* ». Corrigendum cum *keri*: *Porro Cis* pater Saul, et *Ner*, pater Abner, filii erant Abiel; secus *filius Abiel* referetur ad Abner, quod falsum est. v. 52 « *Erat autem bellum potens aduersum Philisthaeos omnibus diebus Saul. Nam* » — melius quare — « *quemcumque viderat Saul, virum fortis et aptum ad proelium, sociabat eum sibi* ». Hic versus quasi notam distinctivam regni Saul, comparatione priorum temporum, efficit: bellum constanter strenue gereretur, eo maxime quod Saul cohortem aliquam permanentem et valentissimam secum haberet. Implevit ipse id, ad quod fuerat 8, 20 a populo expostulatus: « *Egredieatur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis* ». Verba *omnibus diebus Saul* absolute de tota Saulis vita esse intelligenda, patet ex narratione ad mortem eius individue continuata.

Eiusmodi vir fortis certo erat David 18, 2. Perperam tamen adstruit *Then.*, s. auctor h. l., seposito codice Historiae Saul, primum iam versum Historiae David descripsisse, deinceps ad alterum codicem revorsum, cap. 15 descripsisse. Intima est conexio inter bellum Philisthaicum et formationem permanentis exercitus. Huius occasio fuere, non bella longioribus intervallo contra alias nationes inita, sed bellum fere continuum contra Philisthaeos incumbens. Rursum formatio permanentis exercitus insignis fuit eventus regni Saul, et vere dignus, qui specialius efficeretur.

3) Saul ob inobedientiam bello Amalecitico admissam relictus 1 Reg. 45, 1-35.

ARG. — Solemniori quadam ratione Saulis inobedientia, ob quam repudiatus est, narratur. Mandatum prophetæ distincte enuntiatur, item-

que regis transgressio; in qua mala eius fides notatur, praetextum sacrificii appellantis, culpam in populum devolventis, tandem post peccati confessionem honorari tamen coram senioribus postulantis.

*Cap. XV v. 1* « *Et dixit Samuel ad Saul : Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super propulum eius Israel : nunc ergo audi vocem Domini* ». *Hebr. Chald. Syr.* vocem verborum Domini; sed hoc, secundum morem loquendi Hebraeorum, significaret sonitum verborum Domini. Samuel, ad conciliandum sibi apud Saul propheticam auctoritatem, provocat ad illum factum, ex quo certissime illam Saul agnoscerre potuerat, unctionem sc. et connexam cum illa regni variorum signorum praedictionem. *v. 2* « *Hac dicit Dominus exercituum : recensui* », ergo attente consideravi, hinc recordor (*Chald. Syr.*), « *quaecumque fecit Amalec Israeli, quomodo restitui ei in via* », « *quomodo se constituit in via, se opposuit* » (ita *Hebr.* explicat *Ges.*, cf. *Deut.* 23, 18), « *cum ascenderet de Aegypto* ». Cf. *Ex.* 17, 8. Sed ex 4 Reg. 14, 48; 13, 33 apparel, Amalec recentius etiam Israeli iniuriam intulisse; ex quae Deus ansam sumpsit, veteris etiam iniuriae, in sua mente reconditae, ulciscedane. *Sanet.* : « *Loquitur Deus iuxta illorum hominum consuetudinem, qui in ephemeras seu annales referant, quorum nolunt aboleri memoria*. Quasi humano more locutus Deus dicat : Evolvi annales, et inveni ab Amalec mihi deberi poenas, quas volo, o Saul, ita severe exigas, ut quod in commentarios relatum esse recognovi, delectetur sub coelo». *v. 3* « *Nunc ergo vade, et percutie Amalec, et demolire universa eius ; non parcas ei, (et non concupisca ex rebus ipsius aliquid)* »; — spuriæ hoc membrum in *Vulg.* irrepsit (*Vere.*) — « *sed interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camellum et asinum* ».

דָּבָר consecrare, Dei iussu ruinas devovere, ergo *demoliri*. Vox de illis imprimis nationibus et urbibus usuentur, quae erant penitus extirpanda, occisis hominibus et bestiis, domiciliisque eversis : cf. *Deut.* 2, 34; 3, 6; 7, 2; 20, 17; *Ios.* 8, 26; 10, 28, 37; 11, 12, 21 etc. — בְּנֵי parvulus, generatim aliquantulum maior est lactente בְּנַת ; utraque vox coniuncta reperitur 22, 19 ; *Ps.* 8, 3 ; *Ioel* 2, 16 ; *Ier.* 34, 7. Formula בְּנֵי בְּנִים, quater repetita, h. I. copulantur termini, quatenus sunt, non disparati, sed affines. Vir et mulier considerantur, non ut sexu distincti, sed ut intime coniuncti ; sequuntur omnis generis infantes (parvuli, lactentes), animalia gregalia tam magna quam parva (boves, oves seu caprae), iumenta oncoraria (camelli, asini).

*v. 4* « *Praecepit igitur Saul populo, et recensuit eos quasi agnos* »; condixit eis, et recensuit eos in Telaim; *Vulg.* ɔ pro ɔ ; « *ducenta milia pedium, et decem milia virorum Iuda* ». *v. 5* « *Cumque venisset Saul usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente* ». Nonnen proprium Telaim intellexerunt *LXX Syr.*, estique fortasse ille locus

Talem Ind. 15, 24, in meridionali parte tribus Iuda situs (*Malv.*), quamvis scriptio nominis differat. De distinctione inter Iuda et Israel diximus ad 8, 4; 11, 8. *LXX Ios.* habent *quadringenta millia*, et *triginta millia*. — *Tetendit insidias* : בְּנֵי iam *Kimchi* agnoscit esse contractum ex בְּנֵי vel בְּנַת ; coequo modo verterunt *Vulg.* *LXX.* *v. 6* « *Dixitque Saul Cinaeo : Abite, recedite, atque descendite ab Amalec, ne forte involvante cum eo : tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderet de Aegypto. Et recessit Cinaeus de medio Amalec* ». Cinaeorum progenitor fuerat Iethro seu Raguel, socius Moysis, cuius filius Hobab ducem se Israelitis in deserto adiunxisse videtur; cf. *Ex.* 2, 16 sqq.; 3, 1; 4, 18; 18, 4 sqq.; *Num.* 10, 29; 24, 21 sq. Habitabant in tribu Iuda « ad meridiem Arad » (*Iud.* 1, 16); quidam etiam in vicinitate montis Thabor tabernacula fixerant *Iud.* 4, 11. — Ex strage Amalecarum discit, quam severe Deus iniurias populo suo sancto illatas puniat ; ex Cinaeorum exemplo discit, quam studiose obsequia queaque eidem praestiti remuneret. *v. 7* « *Percussitque Saul Amalec, ab Hevila donec venias ad Sur, quae est e regione Aegypti* ».

*Wellh.* mutat Hevila in Telaim; sed si quae omnino mutatio esset facienda, potius Telaim, nomen incertus, corrugendum esset in Hevila. Clarus locus describitur *Gen.* 25, 18, ubi Ismael dicitur habitatso « ab Hevila usque ad murum, qui est ad introitum Aegypti, si pergas Assyram versus » (*Hebr.*). Cf. *1 Reg.* 27, 8. Iam voce Sur intelligi murus Pharaonibus extorstructus, ad nomadas Asiae ab ingresso Aegypti arcendos, ostenderunt *G. Ebers* (*Aegypten u. die Bütcher Mose's*, Leipzig 1868 I. 78 sqq.) et *H. Brugsch* (*Dictionnaire géographique de l'ancienne Egypte*, Leipzig 1879 p. 49 sqq.). Iste murus fortasse a Pelusio usque Migdol, et hinc Heropolin extendebatur. *Ios.*, cuius tempore certa adhuc eorum locorum notitia haberat poterat, verba textus reddit : « a Pelusio usque ad Mare Rubrum ».

« *v. 8* « *Et apprehendit Agag, regem Amalec, vivum ; omne autem vulgus interfecit in ore gladiis* ». *v. 9* « *Et pepercit Saul et populus Agag* », — cf. *v. 13* sqq., ubi Saul facti responsabilitatem in solum populum reificere conatur — « *et optimis gregibus orion et armamentorum, et vestibus et arictibus et universis, quas pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea ; quidquid vero vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt* ». Quoniam בְּנֵי (*v. 3*) destructionem exhibet tamquam actum sacrum, Saulis haec agendi ratio rapinae in sacris acquisiparatur. — Cur Agag reservatus est ? Certe non ob venustatem (*Ios.*), sed potius ob magnum preium, quo se redempturus esse speraret (*Lyr.*) : etenim non omnem Amalecarum gentem esse exterminatam, patet quum ex natura rei, tum ex 27, 8; 30, 1; 2 *Reg.* 8, 12; 1 *Par.* 4, 43.

*Et vestibus et arictibus* : בְּנֵי ante alteram vocem ignorant versiones, sieque habentur quatuor voces coordinatae (*Vulg. LXX Syr.*); *Chald.* vero paenultimam copulam

omittit et ita habet, hinc duo substantiva, illinc dico adiectiva coordinata. *Kethib secundi* h. l. sensu caret, nam intelligi animalia secundi partus (*Kimchi*), eaque habita esse ceteris deliciora, figuramentum est. *Vulg.* fortasse logebat טברין *vostibus* (*Loub.*). *Keri טברין pinguis*; quod *LXX* intellexit *lectos cibos*. Pro טברין legebat *LXX* רכמ רכמ *vineas*. *Vulg.* verit substantivum *arietes*; sed animal haec vox vix puto exprimi, nisi etiam paenultima vox animal exprimatur, nam enumeratio: oves, armenta, vestes (seu lecti cibi), arietes, peccat. Optime cum *Chald.* *Syr.* vocem interpretarum adiectivum a radice כרְך rotundum seu saginatum esse, et veritus: optimum de oribus et armentis, pinguis et saginatis.

Post descriptam Saulis inobedientiam, Dei in illum sententia recensem. v. 10 « *Factum est autem verbum Domini ad Samuel dicens* »; v. 11 « *Poenitet me, quod constituerim Saul regem; quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit* ». *Hebr.* *Recessit de post me*, eadem vox quae 12, 14, 20 adhibetur. Neglexerat Saul eam conditionem, cuius neglectus 12, 23 in eius persona puniendus praenuntiabatur: « *Quodsi perseveraveritis in malitia, et vos et rex uester pariter peribitis* ». Hinc non iam, uti 13, 18 sqq., sola posteritas Saul regno excluditur, sed ipse Saul reprobatur: « *Poenitet me, quod constituerim Saul regem* ». Cf. Gen. 6, 7, ubi eadem voce « *Poenitet me* » decretum reprobationis enuntiatur, et *Aug.* ad *Simpl.* II. 2 de concordia inter divinam praescientiam et poenitentiam disserentem. « *Constristatusque est Samuel, et clamavat ad Dominum tota nocte* ». *Concealuit* (*Hebr.*) Samuel, non quod divinae aut sua auctoritati ex reprobatione Saulis timeret (*Calvin.*), sed studio ipsius Saul, cf. 16, 1. — *Nocte* videtur factum esse verbum hoc Domini ad Samuelem, fortasse simili ratione, atque cap. 3.

*Greg.*: « *Samuel quidem contristatur, quia de perditione subditum summus prae-dicator affligit. Et tota nocte ad Dominum clamat, quia pro restituione lapsi divinam misericordiam devotis precibus obsecrat* ». — *Sanct.*: « *Lunge aberat Samuel, ut de casa Saulis et depositione gaudent, cum gravis illum dolor de tam subita atque inopinata mutatione perculserit. Quare, cum ineunte nocte, ut ex ipso textu coniectare licet, hanc a Deo vocem accepisset, quod reliquum erat noctis ad lucem usque, in oratione atque clamore posuit, quibus lacrymas et genitus dubio procul adhibuit. Surrexit autem de nocte, i. e. prius quam illucesceret, ut, quod a Domino mandatum acceperat, Sauli denuntiaret et illum, si qua ratione posset, ad facti veram poenitentiam adduceret* ».

v. 12 « *Cumque de nocte* » mature (*Hebr.*), « *surrexisset Samuel, ut iret ad Saul* », ut obviaret Sauli (*Hebr.*) « *mane, nuntiatum est Samuelei, eo quod venisset Saul in Carmelum, et erexitur sibi fornicium triumphalem, et reversus transisset, descendissetque in Galgala* ». Pro reversus verte conversus: illud enim ideam suggerit, Saulem eadem, qua venerat, directione reversum esse; quod falsum est. Saul, devictis

Amalecitis a Pelusio ad Mare Rubrum (*Ios.*), revertebatur via, quae ad extremitatem Maris Mortui descendebat, et Ilebronem pergens venit Carmelam (nunc Kermel), haud procul Ilebron, civitatem tribus Iuda Ios. 13, 55. Si supponamus, quod obvium est, Samuelem divinam revelationem nocturnam esse in Rama Iudea, omnia facile explicantur. Intenderat Samuel regem convenire Carmelac, quae prope aberat a Rama, sed compert illum expectato citius transvisse et Galgalam descendisse. Samuel noctu Dei verbum audivit, dein aliquandiu in oratione perseveravit, tandem mature surrexit eo fine, ut Saulem conveniret *mane*, et quidem Carmelac aut certe loco parum distante. Haec omnia ex Rama Iudea facile fieri poterant; sed ex Rama Beniamini Carmelam fuisse iter saltrem decem horarum. — Exerxerat sibi Saul cippum, lapidem, uti volunt, instar manus (*r.*) erectum tamquam monumentum victoriae, cf. 2 Reg. 18, 18; 1 Reg. 7, 12; exerxerat autem *sibi*, cum tamen victoriam Deus dedisset, quam sua ipse inobedientia foedasset (*Sacy*). — Descenderat Galgalam utique sacrificii offerendi causa; quod explicite affirmant *LXX* verbis, que ipsi soli primitus habebant, quaque inde etiam in *Vulg.* transierunt: « *Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino de initis praedaram, quae attulerat ex Amalec* ».

v. 13 « *Et cum venisset Samuel ad Saul, dicit ei Saul: Benedic tu Domino; implevi verbum Domini* ». *Benedic tibi Dominus* formula est salutandi usitata, cf. Ruth 2, 20; Gen. 14, 19. *Sanct.*: « *Occurrit Saul laetus et gratulabundus Samuelei, quasi allaturus esset aliquid, quod illi futurum esset volupsum* ». Mendacio Saul inobedientiam celare conatur, sperans, uti videtur, se prophetam posse decipere. v. 14 « *Dixitque Samuel: Et* — seti sed — « *quae est haec vox gregum, quae resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio?* » Mendaciem refutat gregum balatu. *Sanct.*: « *Quem animum tunc Samuelem fuisse existimemus, cum eodem tempore in illius auribus et Saulis vox adulatoria et mendax, et tot verae gregum et armentorum voces resonarent?* » v. 15 « *Et ait Saul: De Amalec adduxerunt ea; pepercit enim populus melioribus ovisibus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo; reliqua vero occidimus* ». Culpam a se in populum devolvit, dum v. 9 illa diserte et regi et populo tribuatur. Simil fucatum addit religionis praetextum, res enim non solus sacrificii causa esse servatas, patet ex servato etiam Agag. Rursum reliquae praedae occasione non soli populo, uti v. 9 fiebat, sed sibi etiam tribuit Saul, occidimus. *Greg.*: « *Domino, inquit, Deo tuo. Non meo, sed tuo, quia ego peccator, tu singulariter sanctus es* ». At Saulem nondum ex poenitentiae affectu loqui, sequentia patefaciunt. *Melius Sanct.*: « *Deo tuo, quem tu colis et amas, atque ideo non potes non probare, quod in eius obsequium e tota praeda electa quaque ser-*

vata fuerint ». Vel etiam vox querelarum aliquid habet, quasi hic Deus, qualis a Samuele praedicatur, nimia exigat, plura quam sana ratio exigat. Certe pronomen malam regis conscientiam prodit, cf. 12, 49.

v. 16 « *Ait autem Samuel ad Saul : Sine me, et indicabo tibi, quae locutus sit Dominus ad me nocte* » hac. « *Dixitque ei : Loquere* ». Desine loqui culpamque excusare. « *Vox est eius, qui cum fastidio audit verba, quae manifeste novit esse falsa, et os studet obstruere illius, cuius in dicens futilitatem et falsitatem damnat* ». (*Sanct. post Abul.*) *Clair* : « *Samuel iam agnoscit sapientiam et iustitiam sententiae, de qua v. 41 tantopere fuerat contristans, camque nunc Sauli annuntiat sermone strenuo et severo* ». v. 17 « *Et ait Samuel : Nonne cum parvulus esces in oculis tuis, caput in tribibus Israel factus es? uxurite te Dominus in regem super Israel* ». Putat *Wellh.*, *Hebr.* ita solum verti posse : « *Nonne, si parvulus es, tu es caput?* » Sed evidenter alludit ad 9, 21 : « *Nunquid non filius Iesimi ego sum etc.* »? Beneficium immeritae vaccinationis ad regnum hoc versus recenset, sequenti versus divinum mandatum, dein v. 19 voce *Quare ergo obiurgationem exorditur. Sanct.* : « *Crescit peccati gravitas, quo maiora sunt beneficiorum momenta. Illa vero eo plus habent ponderis, quo neque petita, neque expectata veniamur* ». Vi *unctionis* specialius Saul ad obedientium Deo obligabatur. v. 18 « *Et misit te Dominus in viam, et ait : Wade, et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad internectionem eorum* ». v. 19 « *Quare ergo non audisti vocem Domini, sed versus ad praedam es, et fecisti malum in oculis Domini?* *Irruisti in praedam, eadem vox, quae 14, 32 de populi impetu, inedia exasperatus, usurpatum. Quia simul directe accusatur Saul avaritiae, in reservanda preda*.

v. 20 « *Et ait Saul ad Samuem : Imo audivi vocem Domini, et ambulavi in via, per quam misit me Dominus, et adduxi Agag, regem Amalec, et Amalec interfeci* ». Recete advertit *Cler.*, Iosue nulli gentium regi pepercisse, cf. Ios. 8, 2. 29; 10, 26-40; 11, 10. 17; at Sauli opus Iosue respectu Amalecitarum complendum obtigerat. v. 21 « *Tulit autem de preda populus oves et boves, primitias eorum quae caesa sunt, ut immolet Dominino Deo suo in Galgalis* ». Pergit Saul se excusare. Mandatum exterminandorum Amalecitarum se affirmat implevisse, destructo populo et servato rege. Culpa rursus in populum devolvit. Praetendit, solius sacrificii causa animalia esse servata. Verum quid de Agag ? Non ille certe sacrificio reservabatur, non illum populus liberaverat, sed aut ambitio aut avaritia regis, ut eo triumphi sui (cf. v. 42 forniciem triumphalem) ornamento uteretur, vel copiosam ex illo redemptionem exprimeret. Sed ipsum iam religionis praetextum conficit Samuel. v. 22 « *Etait Samuel : Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediatur*

*voci Domini ? Melior est enim obedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum* ». Obedientia melior est sacrificio obedientia carente, quia « *per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur* » (*Greg. 76, 765*). Adeps, pars victimae lec-tissima reputatus, in omni sacrificio reservabatur Deo.

LXX Ecce obedientia praeceps victimam opiman — *Hebr.* בְּשַׁבָּת, quod videtur posse sumi tamquam infinitivus substantivus cum ־, sicut anglice « *to hear* », *germ.* « *zu hoeren* » (*Ew.* 2, 237 c). Sed planius *Vulg.* LXX *Syr.* pro ־ legebant ־. Celebris hic tenet evasit ; repetitus *Eccle.*, 17 et, paulo mutatus, Os. 6, 6 (cf. Matth. 9, 13; 12, 7) : « *Quia misericordiam volui, et non sacrificium, et scientiam Dei plus quam holocausta* ». *Sensus* semper est, virtutem excellentiorem esse sacrificio virtute carente.

v. 23 « *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare; et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere* ». Acerba haec regis incipiatio, qui ipse « *abstulit magos et ariolos de terra* » (28, 3). *Hebr.* *abominatio et teraphim*, seu *abominatio teraphim*, ergo *scelus idolatriae*. Nota, agi de inobedientia, quae ipsum sacrificium Saulis infecit : de qua vel maxime verum est, sacrificium ex hostiis illicitis oblatum aequiparari idolatriae vanaque observantiae. Peccata haec aequiparantur inter se gravitate ; num necessario etiam, ex mente Samuels, obiecto formalis ? Non ausim affirmare. Utique inobedientia quadam est sui deificatio, propriam divinam voluntatem substituens ; de vana observantia *Lap.* : « *Inobediens est similis ariolo, quia coniectat de voluntate Dei ex mendacibus rationis et iudicii sui conceptibus et figuris, sicut ariolus coniectat de futuro ex garritu et volatu avium* ». « *Pro eo ergo, quod abieciisti sermonem Domini, abieci te Dominus, ne sis rex* ». 13, 13 sq. excludebatur regno Saulis posteritas, nunc abiecit ipse.

Hanc Dei in Saulem, tot res sibi e preda reservantem, severitatem comparat *Theodoret.* cum severitate Sanulis 14, 44, eum mortis reum facientes, qui contra regis iussum paululum mellis degustasset : affirmat, debuisse Saulem crudiri exemplo Achan Ios. 7, qui aliqua sibi anathema reservasset. « *Neque enim imperare* », inquit *Sanct.*, « *aut debet aut potest prudenter et utiliter, qui parere nescit aut recusat* ». Abieci Saulem ut regem nequaquam idem est, atque illum aeternum reprobari. Dein nota, eius regnum Deo quasi invito fuisse extortum, fuisse ab initio ministracionem irae. Tandem nota, hanc Saulis condemnationem suaviori, quo fieri potuit, modo esse effectui mandatum : non enim regni facturam supervixit. — Sieut prima unctione Saulis regnum non est perfecte stabilitum, sed subsequente per sortes electione et per populum agnitioem, sic haec privata Samuels obiurgatione non est Saul regno depositus : Samuel v. 31 Saulem « *coram senioribus populi honorans* » ostendit, se illum adhuc pro legitimo habere rege ; item David, Sauli constanter ut « *Christo Domini* » honorem tribuens.

v. 24 « *Dixitque Saul ad Samuelem : Peccavi, quia praevaricatus sum sermonem Domini et verba tua* », — quam vocem veluti demulsumrus prophetam adiicit — « *timens populum et obediens vocis eorum* ». *Sanct.* : « Non prius Saul dixit : Peccavi, quam audivit regnum alio esse translatum. Quare non tam de peccato doluit, quam quod ideo multatandus esset regni iactura ». Similiter repetit excusationem suggestique, actum non nisi imperfekte voluntarium fuisse : at non adeo consueverat Saul vereri populum. v. 25 « *Sed et nunc porta, quae se, peccatum meum, et revertere mecum, ut adorem Dominum* », te praesente atque ministrante; id enim sine populi admiratione omitti non poterat ; quo sua praesentia ostenderet propheta, gratum esse Deo munus illud ex spoliis Amalec, ... ut eo modo conservaret Saul regiam potestatem et nomen, cum ad summum de re Amalecita iudicium accessisse videretur Samuelis auctoritas » (*Sanct.*).

NUB: attollere: sublevare, hinc rem sublevatam portare. Hac ultima significatio portare peccatum, sive proprium (Lev. 5,1; 17,16; 19,8; 20,17 sqq.; 24,15; Num. 9,13 etc.), sive alienum (Lev. 10,17; Num. 14,33), quando eius reatus et poena incurritur. E contra attollit peccatum, quando memoria dimittitur, condonatur : cf. Gen. 4,13; 50,17; Ex. 10,17; Num. 14,18; Ps. 31 (32),5; 84 (85),3; Iob 7,21. Potest etiam attollit mediator, uti h. l.

v. 26 « *Et ait Samuel ad Saul : Non revertar tecum, quia proieciisti sermonem Domini, et proieciit te Dominus, ne sis rex super Israel* ». v. 27 « *Et conversus est Samuel, ut abiaret ; ille autem apprehendit summittatem* », i. e. oram, « *pallii eius, quae scissa est* », pae vehementia, qua Saul prophetae praesentiam expetebat. v. 28 « *Et ait ad eum Samuel : Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te* ». Cf. 13,14; 28,17; simile factum habes 3 Reg. 4,10 sq. Sequenti porro, eadem sententiam continuante, omnis spes praedeciditur, obtinenda communionis huius sententiae. v. 29 « *Porro triumphator in Israel non parcat, et poenitendum non flectetur ; neque enim homo est, ut agat poenitentiam* », Hebr. non mentietur, prius affirmata retractans. Hugo a S. Vict. : « *Ipse non mentietur, ut verbum suum mutet, sicut tu modo verbum eius cassare conatus es, non faciens quod praecepit* ». Illustris Israel : hanc unam significacionem certo vindicant radici lexica, et exprimit *Vulg.* *Syr.* *Chald.* Sensus non est : Neque tamen, ob tuam reprobationem, triumphator Israel deseret Israelem illumque regem, qui tibi successurus est (*Vatabl.*) ; sed lata sententia proclamat esse irrevolibilis. — At quomodo Deus assurit, non esse poenitentia flectendus, qui v. 11 affirmabat poenitere? Potest Deum poenitere absolute eorum, quae conditionate tantum fuerant decreta; sed Saulis abiectio assurit iam absolute esse sancta. — Subtilius *Sacy* in nomine *triumphatoris*

*Israel* subodoratur aliquam facti exprobationem, qua Saul sibi erexerat « *fornicent triumphalem* ». v. 30 « *At ille ait : Peccavi, sed nunc honora me eoram senioribus populi mei et eoram Israel, et revertere mecum, ut adorem Dominum deum tuum* ». Non addit haec vice « *Porta peccatum meum* », quod Samuelis verbis excludebatur. *Greg.* : « *Liquet, quam poenitendum gerat, qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui peccati hunc veraciter poeniteret, inhonorari potius quam honorari concipivisset* ». v. 31 « *Reversus ergo Samuel secutus est Saulum ; et adoravit Saul Dominum* ». Saul iure manebat rex, quoad sententia v. 28 exsecutioni mandaretur. Hinc ei Samuel petitum honorem exsolvit, sed simul cavit, ne videretur divini mandati neglectum approbare: unde v. 32 « *Dixitque Samuel : Adducite ad me Agag, regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus et tremens. Et dixit Agag : Sicne separat amara mors?* » Probabilius verendum : Agag laetabundus. Et dixit Agag : Utique recessit amaritudo mortis.

*Vulg.* et *tremens* ex LXX irrepsit (*Verc.*). — בְּעִזָּבָה Gen. 49,20; Prov. 29,17; Thren. 4,5 significat *deliciae*; unde nostrum *Chald.* *vertit deliciae*, *Vulg. pinguissimus*. *LXX* τέρπων in eandem radicum נַדֵּב recidit. Iam illud substantivum nostro loco adverbialiter constructum *Ges.* aliisque explicant *laetabundus*. *Sciebat Agag, Saulem sibi favere*; audiebat, prophetam cum Saulle versari; vocatus putavit, Saulem demulsiisse Samuelum. — Sed Iob 38,31 nostra vox a *Kimchi* vertitur *vincula*, et explicatur ora esse metathesis literarum ex *תְּבִיבָה*, ab *תְּבִיבָה* vel *circumdatre*. Quare *Fürst* etiam h. l. *vertit ligatus*. Similiter *Houb.* תְּבִיבָה ex *vinculis*. Minus tamen haec exppositio placet, nam Iob 38,31 est textus obscurior, et radix נַדֵּב tantum recurrit Iob 31,36; Prov. 6,21. — *Utique recessit amaritudo mortis*: haec versio et textum hebr. intactum linquit, et sensu correspondet voci *laetabundus*; omni mortis periculo se erupit gratulabatur Agag. כְּ apud LXX *Syr.* deest, unde *vertit Then.* : « *Utique amara est mors* ».

v. 33 « *Et ait Samuel : Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis* », coram altari. *Concidit*, non necessario suis manibus, quod putavit *Clair*, נַדֵּב hoc solo loco recurrit; *Chald.* *Syr.* reddunt per נַדֵּב, *LXX* ἔτρεξεν. *Duguet* : « *Imitatus zelum levitarum et Phineae, qui manus consecraverant sanguinem adorantum vitulum aureum atque idolum Phogor, Deique laudes eximias praemiaque ampla promeriti fuerant, Samuel Saulem exemplo docuit, quid facto opus fuisset, ut iussu expliceret* ».

v. 34 « *Abiit autem Samuel in Ramatha; Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa* ». v. 35 « *Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suae. Veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum poenitebat, quod constituisset eum regem super Israel* ». Utique vidit 19, 24, sed non honoris et reverentiae causa invisi: non mittebatur a Deo,

non vocabatur a rege, non e re fore iudicabat, ut iret. Lugebat tamen (cf. 16, 1) affectu plane materno, quae matres « foris saeviunt, sed intus per amorem liquescunt » (Greg.).

Quam minatus nobis hoc capite *Saul* ostenditur ab illo, qualis nobis cap. 13 describatur! Ille in re, quae excusationi longe facilius pateret, aliam excusationem non adhibui præter verba omnino sincera: « Necessitate compulsa obtuli holocaustum ». Hic, omni sinceritate abdicata, mendacis et ambigui diebus obvolutur. Licit conscius sit neglecti verbi Domini, laetitiam fingit bona conscientiae, et prophetam his vocibus decipere conatur: « Impeli verbum Domini ». Ab eo reprehensas, praetextum religiosum effingit, culpam in populum devoluit, simul tamen iniquam egregie prout conscientiam hanc una voce « Deo domino Deo tuo ». Ipsiœ Dei nomine a propheta obiurgatus totam excusationis seriem a capite retexit: « Imo audivi vocem Domini etc. ». Ad delicti tandem confessionem adigitur, nullo sinceræ contritionis motivo, sed timore regni amittendi. Cap. 13 stadebat adhuc Saul Deo servire, nunc uni servit ambitioni. Prophetæ communicationem primum eo irritare facere conatur, quod illum sui sacrificii consortem habere studeat; dein saltu honorem coram senioribus populi præservare ambit; unum illi studium, retinenda potestatis a Deo tam explicite abhinc dicatae. — Prophetam, inde a prima obiurgatione cap. 13, positus videtur aversatus esse. Non eius exquirit consilium, dum Philisthaeos Machmis prostratos persequebitur. Non illum post devictos Amalekitas ad sollemnem sacrificium invitat. Atque vix est dabitandum, quin ante iam Samuel regem nonnisi rarius adiuviter, invitus hospes. Nunc tandem adire desit: neglectæ monitionis poena est silentium monitoris. Pergebat tamen pro Saule orare; imo *Duguet* censet, aliquamdiu Samuelem existimasse, posse se regis reprobationem precibus irritare, quamdiu successor non esset designatus.

4) David unguitur successor 1 Reg. 16, 1-23.

*Arg.* — Samuel a Deo monitus in Bethlehem proficiscitur atque ex Isai filiis Davidem ungit. In quem a Saule recedens spiritus Dei descendit. Saule iam spirito malo exagitato, David psalmes in aulam accersitur atque in familiam regis recipitur.

*Cap. XVI v. 1* « *Dixitque Dominus ad Samuelem : Usquequo tu lugis Saul, cum ego proicerim eum ne regnet super Israel?* » Verba non sunt necessario « severas reprehensionis », neque ideo quod Samuel precibus nittatur revocationem divinae sententiae contra Saul latere impetrare (*Sanct.*), et multo minus quod populi electi incolumitati ex ea sententia timeat (*Keil*). Luctus utique ex sincero Saulis affectu proficiscetur, sed nequaquam videtur Deo displicuisse (cf. 13, 11); 13, 33 omnino admitti sensum, continuasse Samuelem luctum ad mortem usque. Tantummodo vult Deus commonefacere Samuelem peragendas successoris unctionis (cf. 15, 28),

quam Samuelis affectui indulgens aliquamdiu distulerat. « *Impie cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem ; providi enim in filiis eius mihi regem* ». Isai originem edocemur Ruth 4, 17.

Idem est *sumere lenticulam* 10,1 atque *implere cornu*, neque lenticula parvum aut fragile significat (*Sanct.*); ergo non potest cum veteribus quibusdam defendi, iam ipsa illa lenticula Saulis reprobationem, pleno autem cornu Davidis permanentem dignitatem adumbari. — Considera, quomodo Deus successive sua consilia prophetæ revelare consuevit: primum horam præsignat, deinde Saulem digitò monstrat; primum aliquem filiorum Isai, dein Davidem eligi manifestat.

v. 2 « *Et ait Samuel : Quomodo vadam ? audi et interfici me* ». Ergo Saul omnino obdurauerat animum, ut nulli cederet regnum, cf. 13, 28; et Samuelem iure timuisse, divinum ostendit responsum. Utrum iam tum spiritu nequam actus fuerit Saul (*Keil*), non constat. « *Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tua, et dices : Ad immolandum Domino veni* », partem tantum consilli manifestans. Hinc patet, Samuelem consueuisse, et quidem etiam quando iam provectae erat aetatis, non infrequenter diversis in locis sacrificia offerre; secus enim sacrificium in Bethlehem oblatum regis suspicionem non effugisset. — Qui hic *vitulus armenti*, Lev. 9, 2 distinctius *vitulus filius armenti* vocatur. v. 3 « *Et vocabis Isai ad victimam, et ego ostendam tibi, quid facias, et unges quemque monstravero tibi* ». « *Victimam, i. e. cibos et victimam paratos* » (*Sanct.*), vix enim videtur speciali prophetæ permissione opus fuisse, ut quis ipsi actui sacrificiali interesset.

v. 4 « *Facit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus : Venite in Bethlehem, et admirati sunt seniores civitatis occurrentes ei, dixeruntque : Pacifuscus est ingressus tuus ?* » Raro vel nunquam ante advenerat Samuel in Bethlehem sacrificeandi causa. Ex senum timore infert *Then.*, consueuisse Samuelem singulæ quaque urbes adire, peccatorum reprehendorum causa. Simplicius affirmabis, compertum fuisse senioribus regis animum ad suspicionem pronum et prophetæ minus faventem. v. 5 « *Et ait : Pacifucus. Ad immolandum Domino veni : sanctificamini, et venite mecum ut immoleam* ». Sanctificamini, puta ablutionibus aliisque. Verum, cum sacrificia excelsorum non constet oblata esse secundum ritum Mosaicum, adhibebantur quippe potius præter illum, etiam non est pro certo supponendum, ritum sanctificationis admissum ritu sanctificationis Mosiaeae correspondisse.

Verba continent invitationem, non ad sacrificium tantum, se ad epulum etiam sacrificiale, cf. v. 3: ergo convenientissima sunt, neque illis cum *Then.*, *Wellh.*, præferenda lectio *LXX et laetamini tecum hodie*. — Quot convivio et metietio-

ni interfuerunt? Domus Isai ex Ruth 2,4 ex primariis erat in Bethlehem: tamen non sola ad epulum vocata est, cum etiam seniores interfuerint, et fortasse alii. Aliundu v. 13 dicitur David unctus esse « in medio fratrum » suorum, et sensus obvius nostrae narrationis est, omnia illa gesta esse in loco convivii et praesertim convivis. Dices, unctionem debuisse esse secretam, ne Sauli innotesceret. Respondeo, certe non fuisse omnino secretam, cum interfuerint pater et fratres; fuisse etiam sufficienter secretam, si omnes invitati interfuerint. Cogita, quam arcu apud Hebreos vinculo membra unius donis, cognationis, civitatis uniebantur; quanta civitati Bethlehem eminentia concedebatur, quanta utilitas quantusque honor in omnes redundantes erat cives, uno ipsis in regem assumpto. Totidem Davidi fidi instruebantur socii, quot Bethlehemitas unctionis eius admittebantur testes. *Calm.*: « Cum unctione illa solemnis esset, ex qua totum Davidis ius in regnum petebatur, res utique posebat, ut coram multis testibus fieret; nec alii quidem seligendi erant, quam quorun maximopere interesseret area num ecclae tum, et opportune detegere, cum de iure illi asserendo agendum esset. »

« Sanctificavit ergo Isai et filios eius, et vocavit eos ad sacrificium ». v. 6 « Cumque ingressi essent, vidit Eliab et ait : Num coram Domino est christus eius? » Ingressi sunt in locum epuli sacrificialis, cf. v. 41 « discubemus »; qui locus non videtur fuisse domus Isai (*Keil*); sed excelsum Bethlehem, cf. 9, 49. — *Hebr.* *Profecto ante Dominum adstat unctus eius*. Dixit, uti ex v. 7 videtur, percursus formae venustate et proceritate: sed illico Deus manifestavat, non his se momentis, uti 10, 24 plebem, in seligenda uncti persona dirigi. v. 7 « Et dicit Dominus ad Samulem : Ne respicias vultum eius neque altitudinem statuarum eius, quoniam abicei cum », sc. ut non elegerim eum regem, « nec iuxta intuitum hominis ego iudico : homo enim videt ea, quae parent, Dominus autem intuetur cor. »

*Hebr.* neque enim, quod attendit homo supple : ego attendo ; constructio elliptica, quam supplevere *Vulg.* *LXX* *Syr.* — *Hebr.* homo attendit oculos ; recte *LXX* faciem. Non tamen ideo corrigitur cum *Then* יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, cum haec altera vox non tam externam speciem, quam personae dignitatem denotet.

v. 8 « Et vocavit Isai Abinadab, et adduxit eum coram Samuele. Qui dixit : Nec hunc elegit Dominus », v. 9 « Adduxit autem Isai Samue, de quo ait : Etiam hunc non elegit Dominus ». v. 10 « Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele, et ait Samuel ad Isai : Non elegit Dominus ex istis ». Cum haec Samuel loquatur ad Isai, ergo illum videtur consilii certiorem fecisse; et etiamsi cum *LXX* vocem ad *Isai* omittas, sensus obvius est idem. David v. 11 evidenter octavo loco connumeratur, 1 Par. 2, 43 septimo, unde coniectant, unum ex septem cius fratribus maturius vita cessisse. Reliquorum nomina 1 Par. 2, 14 sq.

recensentur Nathanael, Raddai, Asom. Nullus illorum sex, quorum nominata dedimus, in historia regni Davidici commemoratur; unde coniecerim, Davidem, more regum orientalium, fratribus nullam auctoritatis partem concessisse. Ionathan, filius Samma, 2 Reg. 21, 21 heroibus David adnumeratur. Roboam 2 Par. 11, 18 uxorem duxit Abihail, « filiam Eliab, filii Isai ». E contra magna penes Davidem auctoritate fruebantur sororum filii : Abisai, Ioab et Asael, Saruiae filii; et Amasa, filius Abigail, 1 Par. 2, 16 sq. — v. 11 « Dixitque Samuel ad Isai : Numquid iam completi sunt filii? Qui respondit : Adhuc reliquias est parvulus, et pascat oves. Et ait Samuel ad Isai : Mitte, et adduce eum; nec enim disceumbemus, priusquam hue ille veniat ». Verte reliquias est minimus, sc. qui tunc minimus esset natu; non fuisse *parvulum*, colligunt ex 17, 34 sqq. — v. 12 « Misit ergo, et adduxit eum. Erat autem rufus, et pulcher aspectu, decoraque facie. »

*Rufus*, *Ios.* §xvi. Recite *Ges.* notat, vocem (cf. Gen. 23, 25) ab omnibus versionibus ad comam referri, ergo non esse de colore faciei intelligendam : *rufiennus* (*Calu.*, *Fürst*). Affirmant, in regionibus orientis comam rufam pro venusta haberi, eo quod nigra sit communior. — *Hebr.* *insuper pulcher oculis*, vel ad solos oculos, vel ad totum faciem referuntur; *decorus aspectu* ad totam corporis speciem. Fatoe, *¶* *insuper* h. 1. et 17, 42 aliquid suspicionis habere; cum tamen et aliae praepositiones adverbialiter astillibantur, non est, cur vocem h. 1. eliminemus.

« Et ait Dominus : Surge, unige eum, ipse est enim », v. 13 « Tulit ergo Samuel cornu olei, et unxit eum in medio fratrum eius ». Sensus obvius, isque ab omnibus versionibus expressus, is est fuisse Davidis fratres unctionis testes. « Qui enim in medio ponitur, ab omni parte videtur » (*Greg.*). Cf. dicta ad v. 5. *Ios.*, *Cai.*, *Sanct.*, *Menoch.* putant, fratres non intellexisse, quid ageretur, aut putasse Davidem,ungi prophetaem. Longe simplicius *Theodoret.*, *Abul.*, *Salian.*, *Malv.*, *Lap.* eos, quid ageretur, oppido intellexisse pronuntiant. Minime certe exinde, quod Saul nullo teste fuerit unctus, efficitur, nostro loco lice te textum torqueri, ut idem de Davide affirmetur. « Et directus est spiritus Domini a die illa in David, et deinceps. Surgensque Samuel abiit in Ramutha ». *Directus est* : vocem secus *Vulg.* veritatem irruit (*Iud.* 14, 19; 15, 14), vel insiluit (1 Reg. 10, 10; 11, 6), vel invasit (18, 10). Iic et 18, 10 construitur cum *¶*, secus cum *¶* *Iud.* 14, 19; 15, 14; 1 Reg. 10, 10; 11, 6, quae duae voces facilmente etiam permutantur.

Accidit hic Davidi idem, quod acciderat Sanli post unctionem; hic *insuper* facilius assequimur, in quo fuerit illud charisma Spiritus Sancti, quod hoc etiam *loco prophetiam* vocat *Ios.* Illud *Ps.* *Hier.* manifestatum esse affirmat psalmorum concinnatione, quos ad eitharæ modos iuvenis pastor decantare tunc coe-

perit. *Rup.* : « Quibusnam ab effectibus claruit, quod in illum dirigeretur spiritus Domini ? Primum a gratia prophetali. . . nam ex tunc et psalmis inclytus factus est, prophetans et citharizans magnalia Domini, psalmos compones mysteria continentis filii Dei, filii sui Christi ». Praeterea ille spiritus utique fuit spiritus fortitudinis et prudentiae, qualiter se exhibuerat in Saule recens electo, mosque se in Davide exhibuit.

v. 14 « *Spiritus autem Domini recessit a Saul, et exagitabat cum spiritu nequam a Domino* ». Spiritus in unctione receptus per subsecutam Davidis unctionem quadamtempore revocatus est. Saul aliquandiu iam in statu peccati fuisse videtur; agitur ergo de subtractione eiusmodi charismatis, quod etiam in peccatore inesse poterat, spiritus prouidentiae et fortitudinis. « Docemur hinc cum Davide clamare : Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Sic cum apostolica gratia Iudam reliquisset, ingressus est in eum diabolus » (*Theodoret.*). Spiritus vero nequam exigitabat, territabat Saulem, non continuo ad instar divini spiritus in ipso habitando, sed frequentibus subitissime incurvis mentem a Deo deseritam perturbans. Dicitur tandem adfuisse a *Domino*, eo permittente et disponente, cf. *Iud.* 9, 23; 3 *Reg.* 22, 21 sqq.; 2 *Par.* 18, 20 sqq.; *Iob* 4.

Certum est, Saulem in eum incidisse statum, qui, ex opinione hominum illius acyi, daemoni tamquam auctori principali adscriberetur. Certum item est, Saulem de facto in eo statu fuisse, in quo daemonicis tentationibus solito magis patret. Totus erat in cogitationibus suspicitionis, invidiae, violentiae, tristitiae, desperationis. Regem alterum suo iam loco unctionis esse suscepit et, ille quis esset ignorans, ab omnibus sibi et ubique timebat. Accedebat fortasse aliquandiu post rumor de unctione quadam alieni peracta, qui tamen, Bethlehemitis rem alto silentio prementibus, rerumque actuarum illis temporibus notitia lentissime serpente (cf. 9, 6), ad certam originem certaque personas reverari nequaquam poterat. Quo in mentis statu in varia et gravia sceleris, instigante diabolo, abreptus est, qualia erant Davidis nix iterato attentata, et sacerdotum in Nobe interfectio. Utrum vero in eo mentis statu aliquid fuerit possessionis daemoniacae, aut totum fuerit morbiha quaedam conditio ex vitiosis illis affectibus oborta, non liquet. *Chrys.* (34, 680) maniam vocat, aliud melancholiam, *Ios.* morbum a daemone immissum. Sententias vide apud *Calm.* Si morbum animi supponas, facillime explicatur influxus musices; si daemoni possessionem, oportebit sonis, et magis etiam verbis, a Davide editis vim exorcismi affinem vindicare (*Sanct.*). Pulchre utramque sententiam conciliat *Duguet* : « Samuelis mina, Dei recessus, conscientiae remorsus, inquietua successoris expectatio, vitam forte cum regno adempturi, redidicerat Saulem suspiciosum, diffidentem, invidum, irascibilem, animumque deflexerant ad melanocholiam, ut sinistre in omnibus sentire, aegre quaque ferret, facile offendetur, si vel minimum eius voluntati obsisteratur. Quibus omnibus progenitus est in Saule habitus vehemens invidiae et odii, ip-

sum etiam in corpus influens. In cuius rei poenam Deus carum passionum instigatorum daemoni potestatem concesserat, illum hac parte tentandi et, occasione sumpta ex ipsa animi et corporis deordinatione, ad excessus eiusmodi deordinationem conaturaliter consequentes impellendi ».

v. 13 « *Dixeruntque servi Saul ad eum : Ecce spiritus Dei malus exigit te* », v. 16 « *Iubeat dominus noster, et servi tui, qui coram te sunt quaerent hominem scientem psallere cithara, ut, quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manus tua, et levius feras* ». LXX. Loquantur, domine (noster), servi tui coram te, et quaerant etc.; quae lectio ab altera parum differens est praeferrenda, nam נבְּנֵי יִצְחָק nequit coniungi et veri servi tui, qui coram te sunt (Wellh.). *Greg.* (77, 52) : « Plerumque dura vulnera per lenitatem fomenta mollescunt, et furor insanorum saepe ad salutem medico blandiente reducitur ». v. 17 « *Et ait Saul ad servos suis : Providete ergo mihi aliquem bene psallentem, et adducite eum ad me* ». v. 18 « *Et respondens unus de pueris, ait : Ecce vidi filium Isai Bethlemitem* », — vox grammatica ad Isai referenda est *Bethlemitae*, sensu utique tam ad filium quam ad patrem — « *scientem psallere, et fortissimum robore, et virum bellicosum, et prudenter in verbis, et virum pulchrum; et Dominus est cum eo* ». Puer tam superioris quam inferioris ordinis servum significare potest. Cum agatur de Davide permanenter regiae aulae adscendendo, quacumque in eius commendationem dici possunt, afferuntur : Est vir, non solum psalendi gnarus, sed omnibus omnino numeris perfectus, verumque aulae ornamentum futurus.

*Virum bellicosum* ostendit iam aliquam praecessisse occasionem, qua David cum hoste dimicaret, se. pugnam contra Goliath, ut in fine episitus sequenti ostendemus. — *Intelligentem sermonem (Hebr.)* vel eum denotat, qui alterius sermonem intelligit, vel qui ipse sapienter loquitur. Alterum includit primum, atque h. l. exprimunt, cum in Davide doles externae laudentur. Posset etiam veri *intelligentem negolij* (*Vatabl.*), sed vix aliquam negotiorum expediendorum consue occasionem nactas erat David. Bene *Vulg.* *prudentem in verbis*. Fortasse etiam id his verbis exprimitur, cum esse Davidem, qui norit et narrationibus regis animum distrahere, et blandis verbis domulcere.

v. 19 « *Misit ergo Saul munitos ad Isai, dicens : Mitte ad me David, filium tuum, qui est in pascuis* ». Priorem inter fratrestationem resumperat David post insignem de Goliath triumphum. v. 20 « *Tulit itaque Isai osnum plenum panibus, et lagenam vini, et hoedum de capris unum, et misit per manum David, filii sui, Sauli* ». Verte cum LXX: *Tulit itaque Isai gomer panis, et utrem vini etc.* Donaria haec fuerunt, cf. 9, 7 sq., regi honoris causa oblata.

Corruptum est רְכֵב inobar ; restitutionem approbant Sanct., Calm., Houb. Assimilatur determinata mensura vini (*adter.*), statutus hoedus *asinus*, ergo panis etiam determinata copia scribatur necesse est. Gomer panis intelligitur vel tantum, quantum ex gomer tritici confici posset (*Then.*), vel secundum Nm. 11,32, ubi gomer coturnicibus impletur, tantum, quantum gomes continent. Reliquae versiones, acceptata lectione בָּרֶךְ, non deficiunt, pertinenter ille *asinus* ad donaria regi offerenda; quod quidem defendit Cler.; sed obvius sensus est, donaria fuisse cibi et potus. Syr. grammaticus inhaerens donaria omnia, hoedo minime excepto, asino imponit. Chald. *asinus panis* explicavit *asinum oneratum pane*. Vulg. *plenum panibus*, tantum intelligentes panis, quantum *asinus* commode portare queat; sed quis tam portabat utrum? num hoedus? Clair lectionem firmare conatur citatione Sosibii poetæ: οὐτοὶ τετράποδοι; verum multa licet poesis quantitatis causa, et multum interest inter possum graecam et prosam hebraicam.

v. 21 « *Et venit David ad Saul, et stetit coram eo; at ille dilexit eum nimis, et factus est eius armiger.* » Stare coram aliquo saepe idem est, ac ministrale, cf. Deut. 4,8; 7; 3 Reg. 4,2; 42,6; 4 Reg. 5,23; 2 Par. 29,41; Ier. 7,10 etc. Fecit armigerum, quem semper secum habere volebat, quicunque simul ob animum bellicosum ei muneri per esset. v. 22 « *Misitque Saul ad Isai, dicens: Siet David in conspectu meo, invenit enim gratiam in oculis meis.* » v. 23 « *Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, et percutebat manu sua, et refocillabatur Saul et levius habebat; recedebat enim ab eo spiritus malus.* » Vocem *malus* initio versus omnes habent versiones. *Refocillabatur*: cf. assonantiam inter בְּרַב וּבְרַב, veluti lenis aurae afflato oppressione liberabatur, cf. Iob 32,20. Effectus unique non soli citharae pulsationi adscribendus erat, sed divini Spiritus influxui; probabiliter insuper David assueverat sonos voce comitari, psalmis iam praeludebat, vel eorum aliquos decantabat (*Ps. Hier.*).

#### HISTORIA DAVID EXULIS 1 Reg. 17-31.

Historia haec ex Intr. n. 7 in tres dividitur partes, quarum prima Davide in aula regis persecutione obnoxium, altera eundem in terra Iuda fugitivum, tertia inter Philisthaeos exulanten describit.

#### PARS I. DAVID IN AULA SAUL 1 Reg. 17-20.

Haec rursum pars in tria dividitur membra. Primum introductionis loco est atque enarrat, quomodo David devicto Goliath in sulam fuerit adscitus atque regio favore honoratus. Secundum latentes, tertium patentes Saulis insidias describit.

#### A. Davidis in aulam adventus 1 Reg. 17, 1-18, 5.

ARG.—S. auctor iam narrationem rerum Davidis altius repetens primum factum narrat, quo David populo regisque innotuit. Divina sc. operis fuis Goliath Philisthaeum singulari certamine prostravit. Quare Saul, quis ille invenis esset, exquisivit eumque aliquo tempore post aulæ permanenter adiunxit. Ionathas quoque cum Davide fœdus amicitiae init.

Cap. XVII v. 4 « *Congregantes autem Philisthiim agmina sua in praelium, convenerunt in Socho Iudee, et castrametati sunt inter Socho et Azeca, in finibus Domini.* » Lege in *Phesdommin* cum reliquis omnibus, et 1 Par. 11,13 etiam cum Vulg. — Ergo Socho locus propinquior erat regioni Philisthaeorum, Azeca remotior. Socho non procul aberat a Ierimoth et Adullam Ios. 13,35; cf. 2 Par. 28,18; nunc Schuweke ad meridiem Wadi-es-Samt. *Phesdommin* non nihil altius in